

Betta etas mundi

Ordo predicatorum




Ordo predicatorum huius temporibus, veluti novum sidus a beato domino diuinitus excitatus. Et sub regula diui augustini instituitur. Quum enim ad lateranensem palatium cum fulcone tholosano episcopo. et ad innocentium adisset. petens confirmationem. cum pre nouitate rei se difficile exhiberet. Nocte in somnis videns lateranensem. ecclesiam suis copagibus resolutam grauem minas ruinam. Cui occurrebat vir dei dominicus humeris suis casuras fabricam sustentare videbatur. Quam visione motus. petitionem attente acceptauit. hortans ut cum fratribus regulam eligant. reuersus ad .xvi. fratres tholose regulam predicatorum ordinauerunt. Interea innocencio mortuo ab honorio ista prescripto pontifice ipso pre domino instante auctoritate applicata tandem approbata et confirmata. Ordo hic inter ceteros ordines hereticos quos maxime extinguendos spiritus impetuosissimus est habitus. Et ne predicationis officium impeditur. proposuerunt terrenas possessiones et redditus annuales. prius abijcere. quod postea in capitulo generali bononie executioni mandatum fuit. Confirmationem itaque ordinis sub regula augustini et constitutioibus additis ab honorio accepit. Ipse ordinem postea raymundus dominici successor. ac reliqua vita et doctrina atque ordinatio nibus mirummodum auxere. Quorum de numero precipui fuere Petrus martyr veronensis. Thomas de aquino. et Vincencius inter sanctos relatus. Reliqui quos ut petrus de Tarantasia Innocencio quintus appellat. et Benedictus xi. papa. Hugo cardinalis biblie postillator. Albertus

magnus Petrus de palude. Jacobus de voragine. Antoninus archiepiscopus florentinus. Et alij innumerabiles doctores et sanctissimi confessores. qui illum per viribus auxere. Rogerus et Albertus brixienis Ugo de argentina Thomas anglicus. Vincencius burgundus theologus et historicus. atque alij historici plurimi qui sua doctrina moribus et exemplis ordinem protexere et in fide decorarunt.

Ordo minorum

Ordinem etiam minorum hac tempestate tercio kalendas decembris honori pontifex (et ut ferunt difficilime) confirmauit. Nouerat enim antiquus hostis hunc ordinem in ecclesia dei admodum profuturum. ideo obstitit. ut ad nihil illum redigeret. Hunc itaque ordinem diuus franciscus tanquam voluptatis ac paupertatis ortum multo labore plantauit. in quo ut quietius et securus a mundi fluctibus elongatus soli deo vacare posset. Ipse franciscus beatissimus primo introiit. ut reliquos spiritualibus et doctrine gratie aquis irrigaret. ibidem ergo constitutus diuino afflante spiritu. post suam ad deum perfectam conversionem. cernens accrescere fratrum et filiorum suorum numerum. vite normam et regulam composuit atque descripsit interpositis in ea sacri euangelij verbis. ad eius perfectionem feruentissime anhelabat. suamdamque fratres suos verbo pater et exemplo edocuit. Regula autem et vita fratrum minorum ut ipse ait. hec est domini nostri ihesu christi sancti euangelium obsequare. viuendo in obedientia. sine proprio. et in castitate usque ad mortem. Et cum innumerabiles ex hoc ortulo emerissent viri qui ipsum signis et doctrinis illustrarunt. inter precipuos numerant ludouicus episcopus. antonius vlyxonensis. bonauentura cardinalis. Et bernardinus senensis. in cathalogo sanctorum relatus. Sicut et Nicolaus eius nominis quartus. Alexandrum quintum. et Sixtum quartum pontifices maximos. de quibus et alijs latius infra dicetur. Inter doctores etiam solennes sacri ordinis annuerat alexander de ales. Richardus de media villa. et innumerabiles alij.



Anno salutis primo vicesimo. duodeciesque cetero. tartari gens cithica georgianam armeniamque maiorem direptas vastatasque suo subiecerunt imperio. inde ripheis montibus transmissis ad eas delati vastissimas regiones. Que transsiluanam contingunt. in poloniam et post in hungariam penetrarunt quos christianas regiones populationibus incendiisque late commissis magno affecerunt incommodo.

Herusalem citis quae a cordirio magni saladini filio obsidetur damiatam christianis. quanta vice funditur euerit. templo domini tantummodo integro relicto. et cum sepulchro domini nostri ihesu christi violare etiam statuisset precibus christianorum pulsatus ab scelere destitit.